Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift



60

rerunt. et sponsionem posuerunt ad illa: quo digni sunt qui sunt ex parte illius.
Dixerunt enim apud se cogitantes non recte: Exiguum et cum tedio est tempus uite
nostre. et non est refrigerium in fine hominis. et non est qui agnitus sit reuersus
ab inferis: quia ex nichilo nati sumus. et post hoc erimus tamquam si non fue
rimus: quoniam fumus afflatus est in narib nris. et sermo scintille ad commouen
dum cor nrm: quia extincta cinis erit corpus nrm. et ips diffundet
tamquam mollis aer. et transiet uita nra tamquam uestigium nubis: et sicut
nebula dissoluet que fugata est a radius solis. et a calore illius adgrauata:
et nomen nrm obliuionem accipiet p tempus: et nemo memoriam habebit
opum nrarum. Umbre enim transitus est tempus nrm: et non est reuersio finis
nri: quoniam consignata est. et nemo reuertet. Venite ergo et fruamur bonis que
sunt: et utamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso et
unguentis nos impleamus: et ne pereat nos flos temporis. Coronemur
nos rosis ante quam marcescant: nullum pratum sit qd non pertranseat luxu
ria nra: et nemo uirum exors sit luxurie nre. ubique relinquamus signa
letitie: quoniam hec est pars nra et hec est sors. Obprimamus pauperem iustum:
et non parcamus uidue. nec uereamur reuerentiam canos multi temporis: sit
autem fortitudo nra lex iustitie. Qd enim infirmum est: inutile inuenitur.
Circumueniamus ergo iustum. quoniam inutilis est nobis et contrarius est operib nris:
et improperat nobis peccata legis: et diffamat in nos peccata discipline nre.
Promittit scientiam dei se habere: et filium dei se nominat. Factus est nobis
in conuiciationem cogitationum nrarum. Grauis est nobis etiam ad uidendum:
quoniam dissimilis est aliis uita illius et immutate sunt uie eius. Tamquam nuga
ces estimati sumus ab illo: et abstinet se a uiis nris tamquam ab immun
dicis et profert nouissima iustos: et glatur patrem se habere deum. Vi
deamus ergo si sermones illius ueri sunt: et temptemus que uentura sunt
illi: et sciemus que erunt nouissima illius. Si enim est uerus filius dei suscipi
et illum: et liberabit eum de manib contrariorum. Contumelia et tormento